Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



maleficia tua. q̄a om̄em naturā ꝑ maleficia subdidisti.
Si autem nolueris michi confiteri. deteriora tibi tormenta
inferam. Beata autem xp̄ina dixit. Iuliane pessime lupi
nomen habes. Maledicte tyranne n̄ timeo minas tuas. habeo enī
dm̄ meū celestem. Si autē uirtutē habes & alia deteriora
tormenta ostende. Iulianus autē iubet adduci serpentariū.
& dimitti sup eā duos aspides & duos serpentes & dicit ad
eā. Dic mi xp̄ina nunq̄d & bestias magicare potes. Xp̄ina
uero dixit ei. Incredibilis & insensate & sine intellectu
dī uirtutē credo. q̄a dn̄s meus ihc xp̄c. q̄ astitit michi
in om̄i tormento. & nunc in his bestiis aspicit & uidet.
Et iussit iulianus dimitti bestias & occurrentes duo
serpentes colligati sunt ad pedes scē xp̄inę. & linge
bant plantas eius. & duo aspides occurrentes suspende
runt se sup mamillas eius. uelud infantes lactantes.
Et iterum dimisit duas uiperas & colligauerunt se
in collo eius. & lingebant sudorē laboris eius. quia
certabat ꝓpter dm̄. Xp̄ina autē respiciens ad celū.
& clamans orauit dm̄ dicens. Gr̄as tibi ago ihu
xp̄e lumen ueritatis & refugiū eorū qui timent
nomen tuū. qui dignatus es me reptilibus his
notam fieri. & sudorē laboris mei detergere. Iuli
anus autem ad serpentariū dixit. Nunquid &
tu magicatus es a xp̄ina. Territabat eas & non
tangebant eam. Serpentarius autē territabat eas. h
in petū facientes ad eum serpentes occiderunt eum.
& nemo ausus erat accedere & tollere serpentes. Bea
ta autē xp̄ina orationē faciens dixit serpentibus